Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

120. Christus asserit resurrectionem carnis aduersus Sadducæos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 120. *Chriſtus aſſerit reſurrectionem carnis aduerſus Sadducæos.*

Mat. 22. 119. *Mar. 12.* 119. *Luc. 20.* 119.

S. Matthæus

IN illo die
acceſſerũt
ad eũ Sad-
ducæi, qui
dicunt non
eſſe reſur-
rectionem:
& interro-
gauerũt eũ,
dicentes,
Magiſter,
Moyſes di-
xit, Siquis
mortuꝰ fue
rit non ha-
bẽs filium,
vt ducat
frater eius
vxorem il-
lius, & ſuſ-
citet ſemen
fratri ſuo.
Erant autẽ
apud nos
ſeptem fra-
tres: & pri-
mus vxore
ducta de-
functus eſt:
& non ha-
bens ſemẽ,
reliqͭt vxo-
rẽ ſuã fratri
ſuo. Simili-
ter ſecũdus
& tertiꝰ vſ-
q; ad ſepti-
mũ. Nouiſ-

S. Marcus.

ET venerunt ad eum
Sadducæi qui dicunt
reſurrectionẽ non eſſe:
& interrogabãt eum di-
centes, Magiſter, Moy-
ſes nobis ſcripſit, vt ſi cu-
ius frater mortuus fue-
rit, & dimiſerit vxorem,
& filios non reliquerit,
accipiat frater eius vxo-
rem ipſius, & reſuſcitet
ſemen fratri ſuo. Septem
ergo fratres erãt: & pri-
mus accepit vxorem, &
mortuus eſt non relicto
ſemine. Et ſecundus ac-
cepit eã, & mortuus eſt:
& nec iſte reliquit ſemẽ.
Et tertius ſimiliter. Et
acceperunt eam ſimiliter
ſeptem: & non relique-
runt ſemen. Nouiſſima
oĩm defuncta eſt & mu-
lier. In reſurrectione er-
gò cũ reſurrexerint, cu-
ius de his erit vxor? ſe-
ptẽ enim habuerunt eam
vxorem. Et reſpondens
Ieſus, ait illis, Nõne ideo
erratis, non ſcientes ſcri-
pturas, neq; virtutẽ Dei?
Cùm enim à mortuis re-
ſurrexerint, neque nu-
bent, neque nubentur,
ſed ſunt ſicut Angeli
in cœlis. De mortuis
autem quòd reſurgant,
nõ legiſtis in libro Moy-

S. Lucas.

ACceſſerũt autẽ qui-
dam Sadducæorum
qui negant eſſe reſurre-
ctionem, & interrogaue-
runt eum, dicentes, Ma-
giſter, Moyſes ſcripſit
nobis, Si frater alicuius
mortuus fuerit habens
vxorem, & hic ſine libe-
ris fuerit, vt accipiat eam
frater eius vxorẽ, & ſuſ-
citet ſemen fratri ſuo. ſe-
ptem ergo fratres erant:
& primus accepit vxo-
rem, & mortuus eſt ſine
filijs. & ſequens accepit
illam, & ipſe mortuus
eſt ſine filio. Et tertius
accepit illam. Similiter
& omnes ſeptem, & non
reliquerunt ſemen, &
mortui ſunt. Nouiſſimè
omnium mortua eſt &
mulier. In reſurrectione
ergo, cuius eorum erit
vxor? ſiquidem ſeptem
habuerunt eam vxorem.
Et ait illis Ieſus, Filij hu-
ius ſeculi nubunt, & tra-
duntur ad nuptias: illi
verò qui digni habebun-
tur ſeculo illo & reſur-
rectione ex mortuis, ne-
que nubunt, neque du-
cunt vxores, neque vltrà
mori poterunt: æquales
enim Angelis ſunt: & fi-

S. Iohannes.

S. Matthæus.

ſimē auté oim & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſepté, vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpódens auté Ieſus, ait illis, Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; virtuté Dei. In reſurrectione ení neq; nubent, neq; nubentur: ſed ſunt ſicut Angeli Dei in cælo. De reſurrectione aút mortuorũ non legiſtis, quod dictum eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum Deus Abraham, & Deꝰ Iſaac, & Deꝰ Iacob? Nõ eſt Deus mortuorũ, ſed viuentiũ. Et audientes turbę, mirabantur in doctrina eius. * 121.

S. Marcus.

ſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi Deꝰ inquiens, Ego ſum Deus Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorũ, ſed viuorum. Vos ergo multũ erratis. * 121.

S. Lucas.

lij ſunt Dei, cùm ſint filij reſurrectionis. Quia verò reſurgant mortui, & Moyſes oſtendit, ſecus rubum ſicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Deus autem nó eſt mortuorum, ſed viuorum. omnes enim viuunt ei. Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. * 122.

S. Iohannes.

CAP. 122. *Quodnam ſit magnum & primum Legis præceptum.*

Matth. 22 * 120. *Mar.* 12. * 120.

S. Matthæus.

PHariſæi autem audientes quòd ſilentiũ impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eũ, Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum

S. Marcus

ET acceſſit vnꝰ de Scribis qui audierat illos cõquirẽtes, & vidés quoniá bene illis reſpõderit, interrogauit eũ qđ eſſet primũ oim mádatũ. Ieſus aút reſpódit ei, Quia primũ oim mádatũ eſt, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. Et diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt primũ mádatũ. Secundũ aút

S. Lucas.

S. Iohannes.